

Dei est, qui, terrena cupiditate vacuus, celesti desiderat largitate discere. Cassiod. hic.

Si quisquis eam, quasi pecuniam, & sicut thesaurus asseris illam. Prov. 2. 4. Qui thesauros effudit, efficit rudus terrefre; facit in altum foveam, donec thesauros attingat. Et qui thesauros sapientie invenire desiderat, quidquid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurget. V. Beda hic.

Angelus Domini - excussit flammam ignis etc. Daniel. 3. 49. Qui paupertatem cum gratiarum actione suscipiunt, pueris illis tribus similes sunt: qui in ignis fornacem regis imperio missi fuerunt. Sicut pueros illos non incendit ignis, sed dissolvit eorum vincula; sic eorum, qui in paupertate gratias agunt, solvuntur vincula peccatorum, & non incenduntur avaritiæ igne. Nam & illis in igne ros illapsus est, & pauperibus divinæ consolationis ros immititur. Sancti Laur. Just. de paupert. c. 3.

Et uni dedit quingue talenta. Matth. 25. 15. Sancti Greg. hom. 9. in Evangel. nullus est, qui veraciter dicat, talentum minime accepit; non est, unde rationes ponere cogat: talenti enim nomine cuiuslibet pauperi etiam hoc ipsum reputabitur, quod vel minimum accepit.

Ex Patribus, & aliis.

Nescit natura divites, quæ omnes pauperes generat: neque enim cum vestimentis nascitur; nec cum auro, argenteoque, generatur. Nudos fudit in lucem; egenes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra, quos edidit. S. Ambr. de Nabuthe Israelita c. 2.

Quid moeres propter pauperem? quid ploras, cum festum diem habeas? quid lamentaris, cum solemnia ducas? solemnis quippe dies, & festus, prudenti pauperes est. S. Chrysothom. hom. 81. in c. 26. Matth.

Paupertas securum præsidium, æris muris, & expugnata difficile. S. Chrysothom. hom. 13. in Act.

Magna possessio paupertas sapienter illam ferentibus; thesaurus, qui nequeat auferri; baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diversorium ab insidiis tutum. Validum telum inopia, & inexpugnabile habitaculum, & turris inconcussa. Id. hom. 1. ad pop. Antioch.

S. XVII.

Paupertas spiritus.

Beati pauperi spiritum. Matth. 5. 3.

Quæres: cur Christus inter beatitudines Evangelicas primum locum assignet paupertati spiritui? R. quia hæc paupertas evertit cupiditatem, quæ est radix omnis peccati: 1. Tim. 6. 10. Corn. hic.

Miseri superbi omnes: timido spiritu: beati autem pauperes spiritu: quia sic mendicando grandem elemosynam, id est, regnum celorum de manu Regis consequuntur. S. Rupertus in Volumen quatuor Evangelior. c. 18.

Hoc est: ita securi pauperes esse debent de gaudio cœli, sicut fuit de una re; quam terrent manibus. S. Edmundus Speculo Ecclesiæ c. 16.

Pauperes spiritu sunt, qui reliquerunt omnia, quæ habebant voluntate spirituali, & huiusmodi inopia gaudent, timentes sibi non a penuria; sed a sufficientia rerum. Cajetanus hic.

Sancti Patres veteris testamenti pauperes fuerunt terrenis. Non enim afficiebantur possessis; sed alto animo nihil pendebant ea; ut, etiam omnibus perditis, mansissent inconsturbati. Et hæc est paupertas spiritus. Abel pauper fuit spiritu: & quamquam sibi aliqua animalia vendicasset; Deo tamen potiora offerebat. Magnus in paupertate Noë; qui per centum annos semetipsum, & suas impensas, dedit in ratem. Abraham locupletis fuit, & exiit pauper spiritu, & peregrinus in terra: qui si libens ad sacrificium obtulit, pro quo paterna hereditas congregatur; ipsam hereditatem jubente Domino libentius obtulisset. S. Bernardinus tr. de octo beat. f. 2.

Humilitas.

Quæris a me, quid esse pauperem spiritu? Omnis inflatus non est pauper spiritu. Ergo humilis pauper est spiritu. Aug. f. 14. in festo OO. SS.

Ego autem mendicans sum, egenus, & pauper. Pl. 39. 18. Ego autem non dives, quia non superbus. S. Aug. hic.

Primum beatitudinem Hieron. August. Chrysothom. exponunt de humilitate, ut fit sensus: beati pauperes spiritu, id est, humiles corde; qui non inflantur; non magna de seipis præsumunt; nec aliquid boni sibi; sed totum Deo attribunt. Dion. Carth. hic.

Recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum; id est, non habentes usuram Spiritum. S. August. l. de ferm. D.

De eadem paupertate spiritus varia.

Divitia si affluant, nolite cor apponere. Psalm. 61. 11. Pauper est, qui, quantumvis affluat divitiæ, cor non apponit. Dives, qui divitiis nudus conatibus anxius quirit. In panoso, & attrito degit non semel vera paupertas. Seneca lib. de paupert. quemadmodum nihil refert, utrum ægrum in lectulo ligneo, aut in auro collocet: quocumque illum transuleris, morbum suum secum affert; sic nihil refert, utrum æger animus in divitiis, vel in paupertate sit. Nax. in Jof. 15. S. 27.

Relinquit rebus etc. Matth. 4. 20. Quid uterque dimisit piscator, qui pene nihil habuit. Sed pensare debemus; quia multum reliquit, qui desideria habendi recusavit. V. Beda hic. Nihil spiritu pauper cum dolore animi perdit; quia nihil cum amore possedit. Odium ad auferentem, tristitiam de amissis, sustinere non potest: quia quod non diligebat; imò quod animo contemnebat, amittit. Simon Cass. lib. 10. cap. 4.

Etenim reliquimus omnia. Matth. 19. 27. Omnia reliquerunt. Omnia sanè dixerim: non tantum possessiones, sed etiam, cupiditates, & eas maxime: plus enim concupiscentia Mundi, quam substantia nocet. S. Bern. f. de verbis Petri. Age, qui relinquere universa disponis; te quoque inter relinquenda numerare memento. Id. ib.

Non reliquit omnia, qui retinuit vel seipsum; imò verò nihil prodest sine seipso cetera reliquisse: quandoquidem nullum aliud onus est gravius homini, quam homo ipse. Quis enim tyrannus crudelior, qui seivior potestas homini, quam hominis ipsius voluntas? sola diligitur, cum sola digna sit odio, principium iniquitatis, mortis insidiosa, destructio magna virtutum. B. Petr. Damiani. serm. de Sancti Benedicto.

Plures re pauperes; divites verò, ac avari sunt animo, quos non egestas servat, sed animus condemnat. Non enim qui omnino eget, beatus; sed qui omnibus orbis thesauris Dei mandatum præfert, ac potius existimat. Sancti Basilii in Psal. 33.

Quid eis prodest, qui facultates suas abiciunt, qui voluntates proprias non relinquunt? cum sit longe præstantius voluntatibus propriis abrenunciare, quam rebus. S. Prosper l. 2. de Sacerdotibus c. 17.

S. XVIII.

Paupertas ex usu, bona, vel mala.

Mendicitatem, & divitiis, nō deapri mibi. Prov. 30. 8. Sancti Bern. f. 6. de jejuniis: nimirum quia utrobique laqueus, utrobique periculum. Id. f. 2. varior: nō forte aut divitiz extollerent in superbiis; aut paupertas deiecerit in impotentiam.

Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, avertit oculos suos. Eccl. 27. 1. q. d. duo sunt scopuli in mari huius sæculi, ad quorum alterum committitur impingunt homines, ruuntque in peccatum: scilicet opes, & inopia. Quare id prævidens Salomon obsecrat: mendicitatem &c. Corn. hic.

Utilitas terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbe relinquunt. S. Aug. ep. 34.

Parum tibi sit, renuntiare divitiis, nisi renuntietur & vitiis: quia minus periculosum est, esse divitem Christi, quam pauperem Anti-Christi. Petr. Blef. ep. 137.

TITULUS XII.

PAX.

S. I.

In Genere.

Alius est in pace locus ejus. Pl. 75. 3. S. Hieron. hic. Locus Dei non est nisi in anima, quæ pacem habet. Quæ ergo anima non habet pacem, fiat, se non esse locum Dei. Ubi pax, ibi Deum: nam in pace salus etc. Petr. Blef. ep. 138.

Qui possit fines suos pacem. Pl. 147. 3. Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescit in plenitudine omnis boni. S. Th. Aqu. in c. 1. ep. ad Rom. lect. 4.

Revertete, revertete Sulamitis. Cant. 6. 12. Sulamitis idem est, quod Jerusalemensis, ait Pagninus, & Vatablus. Jerusalem enim olim dicta est Salem. Unde Sulamitis idem est, quod civis Salem, five Jerusalem. Hoc est mysticè: habitus in pace, Corn. hic.

In terra pax hominibus. Luc. 2. 14. Nominis pacis intelligitur, omne bonum: ac proprie pax hominibus, hoc est, omnis felicitas, omne bonum hominibus. Sylv. hic.

Plus

Plus togæ lætere Rempublicam, quam lorice. Terull. l. de pallio circa finem.

Pax corporis, est ordinata temperatura partium; pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum; pax animæ rationalis, ordinata cognitionis, actionisque consensio: pax corporis, & animæ, ordinata vita, & salus animantis: pax hominis mortalis, & Dei immortalis, ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax cœlestis civitatis, ordinatissima, & concordatissima societas fructu Dei, & iniquem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. S. August. de Civ. l. 19. c. 13.

Custodienda præ omnibus virtutibus pax est: quoniam Deus semper in pace est. S. Chrysol. f. 53.

Inter omnia bona creata, tam temporalia, quam æterna, pax obrinet principatum; sine qua nulla potest esse vita beata, & quæ perfecte habita beata est anima. Unde Augustinus ait: quod nil est aliud vita beata, quam pax æterna. Tantum est bonum pacis, quod eam Dominus commendaverit nascendo, prædicando, moriendo, & resurgendo. S. Bonnav. f. 33.

S. II.

Pax cum Deo.

Num. I.

Bellum cum vitiis.

Nomen eorum delisti in æternum, & in sæculum sæculi. Pl. 9. 6. Non transit ad summam pacem, ubi summum silentium est, nisi qui magno strepitu prius cum suis vitiis belligeraverit. S. Aug. hic.

Falsus est in pace locus ejus. Pl. 75. 3. Ille pacem probatur habere cum Deo, qui adversum mandata ejus contraria voluntate non litigat; qui sequitur iusta Dominantis, & ad omne præceptum divinum, jam flectit arbitrium. Pax enim vera est, concordiam habere cum moribus, & litigare cum vitiis. Cassiod. hic.

Justitia, & pax, osculata sunt. Pl. 84. 11. S. August. hic: fac justitiam, & habebis pacem; ut osculenter te justitia, & pax. Si non amaveris justitiam, pacem non habebis. Si amicum pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Tu quare litigas cum justitia? ecce justitia dicit tibi: nō fueris, & non audis: nō adultereris, & non vis audire; inimicus es amicæ meæ. Dicit tibi pax: quid me queris? amica sum justitiæ: quemcumque invenero inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo. Sylv. in Apoc. 1. 4.

Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & laus. Joan. 20. 30. Cùm Discipulos pace donat, ostendit eis vulnera belli, quibus acquiritur pax: q. d. pacem offero vobis; sed quæ effuso sanguine, diris vulneribus comparata. Monebur: Spiritus nostræ pacem bellorum incommodis acquirendam. Eicob. t. 3. Coll. Chr. l. 9. sect. 1. obl. 6.

De ore ejus gladius utraque parte acutus exibat. Apoc. 1. 16. Cur Christo gladius in ore, in quo semper pax? Luc. 24. 36. Pax vobis. Joan. 20. 21. Joan. 14. 27. Possit hic dici cum Jer. 4. 10. huius Domine Deus! ergo decepsisti populum tuum dicens: pax erit vobis, & ecce pervenit gladius usque ad animam. Pax quæ a Deo venit, non invenit; sed bellicosa debellans peccata. S. Hieron. in citatum Jer. nisi gladius præcesserit, qui defecet vitia; pax non sequitur. Sylv. hic.

Num. II.

Varia de pace cum Deo.

Iniqui non egimus in testamento tuo. Pl. 43. 18. Testamentum Christi, quod fecit ante mortem suam, est pax inter Deum, & hominem; secundum quod dicit Joan. 14. 27. pacem relinquo vobis. Eccl. 45. 30. statuit illi testamentum pacis. Adhuc autem, quod fiat pax inter aliquos, oportet, quod uterque flectatur in aliquo a suo proposito. Similiter in pace faciendi inter Deum, & hominem, Deus flectitur a sua justitia per misericordiam; & homo quasi ei assurgit, & occurrit, per poenitentiam. Hugo Card. hic.

Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Vox Ecclesiæ hæc est, venientis ad Christum in osculo; ostendit, quam apud Deum homines peccando contraxerant, resolvi cupientis: & pacem, in qua cum elemos Deo Patri inimici; per ipsum Filium ejus reconciliantur, invenire desiderant. S. Justus Orgegit. hic.

Vade in pacem. Luc. 7. 50. Consolatorium verbum est; securitatemque tenet ab hostibus celebrata pax. Sim. Cass. l. 9. cap. 29.

Dixit eis: pax vobis. Et cum hoc dixisset etc. Joan. 20. 30. Manifeste hic illa de pace agitur, quæ est remissio peccatorum: quod primum, & maximum est Spiritus S. donum. S. Rup. l. 14. hic.

Quid est autem dilectissimi, pacem habere ad Deum; nisi vel-

le, quod jubet, & nolle, quod prohibet; sancti Leo l. 6. in Nat. D.

Nulla nobis utilitas, si cum omnibus pax; cum Deo autem bellum nobis sit. S. Chrysol. hom. 1. in 1. Cor. 1.

S. III.

Pax cum proximo.

Um his, qui oderunt pacem etc. Pl. 119. 7. Non est omnimodæ pacis signum, aut virtus, cum pacificis, sed cum inimicis pacis esse pacificum, laudabile, atque virtuosum est. Sim. Cass. l. 10. c. 10.

Lauda Jerusalem Dominum. Pl. 147. 1. Cùm Spiritus S. illam cœlestem Jerusalem, id est, congregationem omnium Sanctorum, quæ cùm Christo est regnatura, ad laudandum Dominum provocaret, cum dixisset: lauda Jerusalem Dominum; addit: qui solus finis tuus pacem. Ergo, ut ipsi viderent. Beatus David, licet virtutibus multis fuerit exornatus; nulla tamen actio cum familiaris Deo conjuncta, quam dilectio inimicorum suorum, S. Aug. l. 2. D. 3.

Utinam attendisset mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. Pl. 48. 18. Quid flumini cum pace? multum. Percutitur aqua baculo, vel gladio; injiciuntur saxa: dividitur quidem aqua; mox tamen iterum coibit, sine ullo vulneris signo. Utinam attendisset mandata mea: nam ubi observatio est legis divinæ, hic vindicari non solet injuria. Drexel, Opus 8. Joseph. c. 16. S. 3.

Beati pacifici etc. Matth. 5. 9. Cur in præmium datur pacificis, quod filii Dei vocentur? S. Cyprianus lib. de unit. Eccl. Christus omnia dona suæ pollicitationis, & præmiæ, in pacis conservatione promittit. Si heredes Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si pacificis promittitur nomen filii Dei, promittitur etiam jus ad bona Paterna. Pauperibus, mitibus, & aliis virtutibus, promittitur unum, vel alterum præmium; at pacificis omnia bona Paterna dantur. Sylveira hic q. 18.

Falsi sunt amici Herodes, & Filatus in ipsa die. Luc. 23. 21. Decebat enim eum, qui Mundum erat pacificatus, ut prius etiam ipsos judices suos pacificaret. S. Cyril. Jerofol. Catech. 13.

Pax vobis! ego sum. Luc. 24. 36. q. d. Spiritus malignus non affert pacem, sed inimicitias, & fugit pacem. S. Vinc. Ferr. f. 3. Pasch.

Pacem relinquo vobis. Joan. 14. 27. ultimum vale dicit Dominus Discipulis charissimis. Nam Judæi erant pacificatus, ut prius etiam ipsos judices suos pacificaret. S. Cyril. Jerofol. Catech. 13.

Non quomodo Mundus dat. ib. Quia impij pacem precantur sine ullis doloribus: Christus dat pacem cum his conjunctam. S. August. f. 166. de temp. pacem nobis Christus dedit; concordet, atque unanimes esse præcepti: hanc suis hereditatem dedit. Id. ib.

O chara pax! dulcis & res, & appellatio! o chara pax! quæ bonum es, ab omnibus quidem laudatur; sed quod pauci custodiunt. Qui, quæso, tanto jam tempore non desiderasti quando ad nos reditura es? S. Greg. Naz. or. 10. de pace 3.

Suavitas est quies mentis, quæ pacem sequitur: est quasi quietis æternæ, & suavitatis pars, & initium. S. Albertus M. parad. an. c. 13.

Tantum est pacis salutaris bonum; ut pro ejus adoptione, neque mundanus honor, neque status, neque gradus, neque propria utilitas, ab ea debeant aliquem deterrere. Ecce quanta sustinuit opprobria summus Pontifex Christus, ut faceret utraque unum; reconcilians in suo sanguine ea, quæ in celo sunt, & in terra: factus opprobrium hominum, & obprobrium plebis; & non dicens: servetur honor meus. Joan. Gerf. Confid. 4. de pace.

S. IV.

Pacem facientes.

Beati pacifici. Matth. 5. 9. Græcus, & Syrus: Beati pacem facientes. S. Hieronym. beati pacifici; qui primò in corde suo, deinde inter fratres dissidentes, pacem faciunt: quid enim prodest? alios per te pacari; cùm in tuo animo sint bella vitiorum. Sylveira hic.



PECCATOR.

S. I.

Miseria illius.

Num. I.

Descendere à Jerusalem.

Incidit in latrones. Luc. 16. 30. Utinam Domine Jesu ad me misericordia motus digneris accedere...

Quid tibi displicuit, o descendens, in domo virtutum: ut ab ipsa descenderes, aut egredieris portas pulchritudinis ejus?

Incidit in latrones. ib. Pessima fit plaga peccati, quae consuetudine longa infecit, & c. Id. ib.

Proponitur hic multiplex peccatorum miseria. Privant coelesti gloria: descendebant ab Jerusalem.

Num. II.

Peccator est filius prodigus. Luc. 15.

Pro Deo idola colens naturae bona universa consumpsit: & consumptis omnibus, cepit egere virutibus, derelicto fonte virtutum.

Peregrini fumus, quamdum in hoc Mundo fumus; nam in hoc Mundo est proprietates hominum peccatorum; sed exilium est Sanctorum.

Porci ipsi maligni spiritus sunt: quia in foetore, & vitiorum stercore, delectantur. Hos autem porcos illi pascunt, qui eorum voluntati obediunt, eorumque desideria complent.

Surgam, & ibo. Profectus se cecidisse cognoverat; qui succedenti se apert: & remotum abscissum cognovit, qui reditum parat.

Et peregri profectus est. Ecce habes alium male peregri. Ille recessit à Jerusalem; iste discessit à patre: ille Jericho; iste regionem longinquam.

Causam recessus non dedit omnipotens; nos advenimus deviationis causam. Non cogit recedere, qui funiculis amoris omnes ad se trahit.

Ubi est triticum, & vinum? Thren. 2. 12. Notandum: quod parvulus, & lactens, ipsi sunt adolescenter filius, generose nobilitatis indoles.

Aptissime ad scopum parabola, & intentionis Christi, S. Hieronym. ep. ad Damas. Titus, Bostren, Euthym. Theophylactus, &c. docent: quod duo illi filii significat justos, & peccatores, sive Gentiles, sive Judaeos.

Prodigus non dixit omnia reversus ad patrem, quod decreverat dicere: nam ultima verba, fac me sicut unum de mercenariis tacet.

Num. III.

Peccatoris alia figura, & exempla.

Adam ubi est. Gen. 3. 9. Velut latenti, & celanti se à divinitate, Adz dicitur hoc: non quod Adam conspectum Domini latere potuerit; sed quod peccatrici conscientiae nullus locus tutus, vel certus sit; dum metuit deprehendi.

Egressusque Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden. Gen. 4. 16. Non te allicuit Oriens lucis suae suavior: peccanti enim, exultantique à Deo, nox paratur in luce, occidit in Oriente.

Quomodo fuga sit à Deo? quemadmodum potest esse, ut procul quis sit ab eo? quomodo sit diviso? voluntate, & animo: loco quippe fieri nequit.

Quo vadis infelix? à facie Domini. Non hoc rogavi: quo recedas? quero; non unde? Et quia metam à Deo fugiens non cogitas, monebo te.

Abiit unus de duodecim. Matth. 26. 14. Judas infelix vere abiit, Apostolatum suum dimisit, Episcopatum suum alteri reliquit; abiit in consilio impiorum: abiit à Deo, stetit cum diabolo.

S. III.

Peccator est cœcus.

Num. I.

Figura.

In tenebris collocavit me. Thren. 3. 6. Moralter anima amiffo lumine collocata in tenebris, quasi mortua in seipsum: nec seipsam, qualis sit, quam misera, oculis, inquam infelix, quibusve oppressa malis, & nudata bonis, videre valet.

Et ascendebat. 1. Reg. 1. 3. Tota vita justorum est ascensus: & contrario tota vita impiorum descensus.

Peccator mortalis; qui non est in via. S. Vinc. Ferr. l. 1. Quing. Horrendum malum utraque cœcitas: una: quae corpus; altera, mentem obtenebrat: una defectum praefertentem altera, altera gratia: una obijcit, ne creaturas corporeas; altera ne Creatorem; & ejus bona invisibilia speculemur.

Peccator assimilatur cœco (senti ad solem: nam, cum in sole consistit, ipse radiis solis perfunditur; ut tamen lumen non videt, quo illustratur. Sic peccator, cum peccat, licet peccati delectatione, & ardore, cœcatus ipse non videat Deum, nec attendat ad ipsum; Deus tamen, cui omnia patent, bene conspicit illum.

Num. II.

Exempla, & textus.

Ex Veteri.

Abcondit se Adam à facie Domini. Gen. 3. 8. Peccatum ita mentem obtenebrat; ut, cum Adamus in statu innocenti esset sapientissimus; post peccatum adeo obtenebratus, ut crederet, locum non deesse, ubi oculus Dei latere posset.

Tanto magis quisque deserit Christum, quanto magis diligit, quod improbat Christus. Sancti Augusti. de Civ. l. 21. cap. 27.

Magna hominis miseria est; cum illo non esse, sine quo non potest esse. Id. l. 14. 11. de Trinit.

Quomodo fuga sit à Deo? quemadmodum potest esse, ut procul quis sit ab eo? quomodo sit diviso? voluntate, & animo: loco quippe fieri nequit.

Peccator, & iniquitas, non ascendit sursum? sed semper ad ima, & inferna descendit. Origen. homil. 12. super Numeros.

Profectus in regionem longinquam unum civium legitur adhaesisse: quem ego non alium, quam unum ex malignis spiritibus intelligendum puto. S. Bernardus l. 8. de div. affection. animæ.